



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 52. Seditiosorum militum foedus cum Foederatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. A. C. 1603. rumpere adlaborant, dissplosaque exis
 bombardæ, quæ vulgo Petrariæ ab ey-
 culandis lapidibus appellantur, Fridericum, dum hostili navi audacius infil-
 filit, uno ictu viginti septem vul-
 ribus die vigesima sexta Maji perimunt.
 Virum ob bellicam virtutem melior
 fortuna dignissimum, nisi maxime mili-
 tarium Virorum fortuna decusque le-
 ret, pro fide, patria, Regeque ex mul-
 tiplici vulnere sanguinem unacum vno
 prodigere. Extincto demum tam ge-
 nerofo Regiæ classis Præfecto, Catho-
 lici unius supremo imperio destituta
 cum victoriæ palmam, non virtutis
 eclipfi, sed fortunæ invidia sibi præter-
 tam cernerent, cum triremibus suis
 Slusanum portum sese receperunt, de-
 sideratis suorum trecentis, quos inter
 potissimi erant duo primi nominis Cæ-
 turiones Polydorus Cataneus, & Vic-
 centius de Balmeo præter Augustinum
 Arconatum. At fœderati quingentos
 ferme amiserunt, ac præ ceteris Hœ-
 nanum maris Præfectum. Tam multa
 igitur sanguine levis hostium victoria,
 ac Friderici mors stetit.

§. LII.

*Seditiosorum militum fœdus cum
 Fœderatis.*

Frider-

Friderici tam strenui Belliducis jacturam doloremque mitigabat Ambrosii fratris ex Italia in Belgium adventus. Hic enim accepto mortis nuntio fratris sui extincti loco suam operam Regis Philippi obsequiis obtulit, nulloque negotio obtinuit, eo quod ubique satis nota esset eximia ejusdem virtus, impiger generosi animi vigor, magna solertis ingenii vis, summa in periculis adendis audacia, promptum in iisdem propellendis consilium, indefessa bellici in expeditionibus vigilantia, & mira in rebus omnibus industria, quas egregias animi dotes postmodum Ostendana in obsidione luculento testimonio comprobabat. Priusquam vero Albertus Archidux ejus opera uteretur, potissima cura eo abibat, ut seditiosi milites, qui Hocstratam secesserant, armis compescerentur; hi enim suorum copia freti in finitimos populos Coloniam usque incursiones longe lateque fecerant, & a miseris agricolis civibusque ingentem argenti vim extorserant, adversus eos vero, qui pacem ab eis pretio redimere haud poterant, aut recusarant, caedibus, incendiis, & vastationibus barbarae saeviebant. Igitur Archidux Fridericum Comitem Vandenbergium cum septem peditum & tribus Equitum milibus quantocius ad obsidendam Hocstratam

Sæc. XVII.
A. C. 1603.

Gallut. l. c.
Camerus
l. 15. c. 10.
Thuan. l. 130.
Grotius l. 12.

Sæc. XVII. A. C. 1603. stratum decernit: vix vero ad feditionis hujus rei fama pervenit, cum illis horum præcipui Bredam proficiscerentur, Fœderatorum Ordinum auxilia imploraturi: Excipiebantur ab eis absque hæsitatione, eo quod veterani ferme omnes essent milites, non minus regionum ac viarum, quam armorum periti: unde vero Fœderati hoc anno militum penuria laborarent. Pactis igitur conditionibus Mauritius Dux illos in fidem ac patrocinium accepit, eosque suo agmini jungens recta ad Hocstratam obsidione liberandam perexit, quo adventante res ad prælii necessitatem devenit, Mauritanis tamen repulsis: nihilominus cum suppetiæ frustra expectarentur, Vandenbergius auctis hostium viribus resistendo impar, discessionem indixit.

§. LIII.

Sylva-Ducis a Mauritio incassum obsessa.

Gallut. l. 15. Thuan. l. 130. Grotius l. 12. Soluta obsidione Mauritius Hocstratam Sylvam-Ducis cum exercitu suo decima nona Augusti contendit, urbem hanc obsessurus, quo comperto Albertus Archidux Friderico Vandenbergio præcepit, ut ad Sylvam-Ducis propugnandam omni qua posset celeritate ad-